SEX. IVLII FRONTINI de coloniis libellus.

A

QVINVM muro ducta colonia. a trium uiris deducta. iter populo debetur + p. xxx. ager eius perennis limitibus est assignatus. + al. p. lxxx

Abellino muro ducta lege Sempronia. iter populo non debetur. ager eius Veteranis est assignatus.

Antium populus deduxit. iter populo non debetur. ager eius + in lacinis est assignatus. + fortasse, in lacineis

Acerras muro ducta Colonia. Diuus Augustus deduci iussit. iter populo debetur p. lxxx. ager eius in iugeribus est assignatus.

Attella muro ducta. Colonia. deducta ab Augusto. iter populo debetur + p. cxx. ager eius in iugeribus est assignatus. + al. p. cxxi

Atina muro ducta Colonia. deduxit Nero Claudius. iter populo non debetur. ager eius pro parte in lacineis, & strigis est assignatus.

+ *Alatrum muro ducta Colonia. + populus deduxit. iter populo non debetur. ager eius per centurias, & strigas est assignatus.* + forte, Aletrium. + al. Augustus deduxit.

+ *Arina oppidú. lege Sullana est munita. iter populo non debetur. ager eius in præcisuras est assignatus.* + fortasse, Aricia.

Arretium muro ducta lege trium uirali. iter populo non debetur. ager eius militibus est assignatus.

Anagnia muro ducta. Colonia Drusi Cæsaris. po-

pulus deduxit. iter populo non debetur. ager eius per strigas est ueteranis assignatus.

Abella municipium, Coloni, uel familia Imper. Vespasiani iussu acceperunt: postea ager eius in iugeribus militi est assignatus.

+ forte, Altile. + *Affile oppidũ. lege Sempronia in cẽturijs, et in lacineis ager eius est assignatus. iter populo nõ debetur.*

Ardea oppidum Imp. Hadrianus censiit. iter populo nõ debetur. ager eius in lacineis est assignatus.

Allife oppidum muro ductum. ager eius lege trium uirali est assignatus. iter populo non debetur.

Aesernia Colonia ducta lege Iulia. iter populo non debetur p. x. ager eius + Augusti eis est assignatus. + forte, Augusteis.

Beneuentum muro ducta Colonia Concordia. deduxit Nero Claudius Caesar. iter populo non debetur. ager eius lege trium uirali ueteranis est assignatus.

Bouianum oppidum lege Iulia milites deduxerunt sine colonis. populo iter amplius non debetur, quàm p. x. ager eius per centurias, et scamna est assignatus.

Bouilla oppidum lege Sullana est circũductum. iter populo non debetur. agrũ eius ex occupatione milites ueterani tenuerunt in sortem.

Casentinum muro ducta lege triumuirali. iter populo. ager eius militibus est assignatus.

Calagna muro ducta Colonia, iussu Drusi Caesaris. populus deduxit. iter populo non debetur. ager eius ueteranis est assignatus.

Capua muro ducta Colonia. Iulia Felix iussu Imperatoris Caesaris a xx. uiris est deducta. iter populo non

lo non debetur p. c. ager eius lege Sullana fuerat assignatus. postea Cæsar in iugeribus militi pro merito diuidi iussit.

Calatia oppidum muro ductũ. iter populo debetur + *p. lx. Coloniæ Capuensi* + *assula Felice cum territorio suo adiudicatum olim ob hosticam pugnam.* + al. p. x. + forte, a Sulla Felice.

Caudinum oppidum muro ductũ. iter populo non debetur p. l. a Cæsare Augusto Coloniæ Beneuentanæ cum territorio suo est adiudicata. ager eius Veteranis fuerat assignatus. postea mensuratus, limitibus est censitus. CVMAE *muro ducta Colonia. ab Augusto deducta. iter populo debetur p. lxxx. ager eius in iugeribus ueteranis pro merito est assignatus iussu Claudii Cæsaris.* CALIS *municipium muro ductum: iter populo non debetur. ager eius limitibus Gracchanis antea fuerat assignatus, postea iussu Cæsaris Augusti, militi nominis sui est renouatus.*

Casinum oppidũ milites legionarij deduxerunt. iter populo non debetur. et quisque, prout agrũ occupauit, tenet; & postea limites formari iussit pro merito.

Castrimonium oppidum lege Sullana est munitum. iter populo non debetur. ager eius ex occupatione tenebatur. postea Nero Cæsar tribunis, & militibus eum assignauit.

Cereate Marina municipium familia C. Marij + *obsidebat. postea a Druso Cæsare militibus, & ipsi familiæ in iugeribus est assignatus. iter populo nõ debetur.* + forte, obtinebat.

+ *Cadatia oppidum lege Gracchana est munitũ. ager eius ueteranis est assignatus. iter populo nõ debetur.* + forte, Collatia.

Dunos municipium familia D. Augusti condidit. et ager eius ijsdem est assignatus sine lege.

Forum populi oppidũ muro ductum. iter populo non debetur p. xv. limitibus† Augusti eis ager eius in iugeribus est assignatus. nam Imp. Vespasianus postea lege sua agrum censiri iussit.

† fortasse, Augusteis

Ferentinum oppidum muro ductum. iter populo nõ debetur. ager eius premij limitibus pro parte in iugeribus lacinijs est assignatus.

Frusinone oppidum muro ducta. iter populo non debetur. ager eius ueteranis est assignatus.

Frabateria muro ducta. iter populo non debetur. ager eius iure ordinario est diuissus.

Fundi oppidum muro ductum. iter populo non debetur. ager eius iussu Augusti Veteranis est assignatus cum cultura. ceterum in eius iure, et in publicum resedit.

Formias oppidum triumuiri sine Colonis deduxerunt. iter populo non debetur. ager eius in absoluto resedit. pro parte in lacineis est assignatus. finitur terminis siliceis, & Tiburtinis.

Gabij oppidum lege Sullana munitus. ager eius militibus ex occupatione censitus, iter populo non debetur. ager militis merito est assignatus in lacineis limitibus intercisiuis.

Interamne oppidum muro ducta. a Triumuiris est munita. iter populo non debetur. ager eius militi mentitio est assignatus in lacineis limitibus intercisiuis.

* Laurum Lauinia, lege, & consecratione ueteri. nã

&

& ager eius ab Imp. Vespasiano, Traiano, & Hadriano in lacineis est assignatus. iter populo non debetur.

Liternum muro ductum. Colonia ab Augusto deducta. iter populo debetur p. cxx. ager eius in iugeribus Veteranis est assignatus.

Lauinium muro ductum. Colonia deducta a D. Iulio. ager eius in limitibus Augusti pro parte est assignatus militibus Veteranis. & pro parte Virginum Vestalium lege Augustiana fuit assignatus: sed postea Hadrianus Imperator Colonis suis agrum assignari iussit.

Liguris Bæbianis, & Cornelianis muro ductis III. uirali lege iter populo non debetur. ager eius post bellum† Augustianum ueteranis est assignatus. †forte, Augustanū.

Minturna muro ducta Colonia. ducta a C. Cæsare. iter populo non debetur. ager eius pro parte in iugeribus est assignatus. ceterum in absoluto est relictus.

Neapolim muro ductá. iter populo debetur p. xxx. sed ager eius Syria Palæstina a Græcis est in iugeribus assignatus, & limitibus intercisiuis sunt constituti. *
inter quos postea, et miles, Imp. Titi lege, modum iugerationis ob meritum accepit.

Nuceria Constantia muro ducta Colonia. deducta iussu Imperatoris Augusti. iter populo debetur p. lx. ager eius limitibus Iulianis lege Augustana militibus est assignatus, & alibi in absoluto resedit.

Nola muro cincta Colonia Augusta. Vespasianus Augustus deduxit. iter populo debetur p. cxx. ager

eius limitibus Sullanis militi fuerat assignatus. postea intercisiuis mensuris colonis, et familiæ est assignatus.

Ager Ostiensis ab Imperatoribus Vespasiano, Traiano, & Hadriano in præcisiuis, in lacineis, & per strigas colonis eorum est assignatus. sed postea Imperatores, Seuerus, Antoninus, & Commodus aliqua priuatis concesserunt.

Puteolis Colonia Augusta. Augustus deduxit. iter uno latere populo debetur p. xxx. ager eius in iugeribus ueteranis, & tribunis legionarijs est assignatus.

Præneste oppidũ. ager eius à V. uiris pro parte in iugeribus est assignatus: ubi cultura est. ceterũ in absoluto est relictus circa montes. iter populo non debetur.

Priuernum oppidum muro ductum Colonia. miles deduxit sine colonis. iter populo debetur p. xxx. ager eius pro parte cultus in iugeribus est assignatus. ceterum in lacineis, uel in soluto remansit.

† forte, Mineruæ. Surrentinum oppidum. ager eius ex occupatione tenebatur a Græcis ob consecrationem † Neruæ, sed et * montes Syrenianos limitibus pro parte Augustanis est assignatus. ceterum in soluto remansit. iter populo debetur. ubi Syrena.

Suessula oppidũ muro ducta. lege Sullana est deducta. ager eius ueteranis militibus Sullanis in iugeribus est assignatus. iter populo non debetur.

Sinuessa oppidum muro ducta. iter populo non debetur. ager eius in limitibus intercisiuis militibus est assignatus.

Suessa

Sueſſa Arunca muro ducta. lege Sempronia eſt deducta. iter populo non debetur. ager eius pro parte limitibus interciſiuis & in lacineis eſt aſſignatus.

Sæpinū oppidū muro ductum. Colonia ab Imperatoribus Nerone, et Claudio eſt deducta. iter populo debetur p. l. ager eius in Auguſteis centurijs eſt aſſignatus.

Sora muro ducta Colonia. deducta iuſſu Cæſaris Auguſti. iter populo debetur p. xv. ager eius limitibus + *Auguſtis Veteranis eſt aſſignatus.* + forte, Auguſteis.

Signia muro ducta Colonia. a militibus, et III. uiris munita. iter populo non debetur. ager eius in præciſuris limitibus iij. uiralibus eſt aſſignatus.

Setia muro ducta Colonia iij. uiri munierunt. iter populo debetur p. xxxy. ager eius in ſoluto ex occupatione a militibus tenetur.

Teleſia muro ducta Colonia. a triumuiris deducta. iter populo debetur p. xxx. ager eius militibus Auguſteis in nominibus eſt aſſignatus.

Teanum Sidicinum Colonia Cæſaris Auguſti. iter populo debetur p. lxxxy. ager eius militibus metricis omnibus eſt aſſignatus.

Tuſculum oppidum muro ductum. iter populo non debetur. ager eius menſura Sullana eſt aſſignatus.

Terracina oppidum. iter populo non debetur. ager eius in ſoluto eſt dimiſſus.

+ *Tereuentum oppidum. ager eius in præciſuras & ſtrigas eſt aſſignatus poſt tertiam obſidionē militibus Iulianis. iter populo non debetur.* + forte, Treuentū, ex Plinio.

Trebula municipium oppidū. iter populo non debe-

 tur.

tur. limitibus Augusteis in nominibus est assignatus.

Velitre oppidum lege Sempronia fuerat deductum. postea Claudius Cæsar agrú eius limitibus Augusteis censitum + militibus eum assignari iussit.

+ fortasse, militibus assignari.

Vlubræ oppidum a iij.uiris deductú, postea a Druso Cæsare exstinctum. ager eius in nominibus est assignatus. iter populo non debetur.

Vulturnum muro ducta Colonia. iussu Imperatoris Cæsaris est deducta. iter populo debetur p.xv. ager eius in nominibus uillarum, & + possessorum est assignatus.

+ fortasse, possessionum.

Venafrum oppidum + v.*uiri deduxerunt sine Colonis. iter populo debetur p.xx. ager eius in lacineis limitibus intercisiuis est assignatus, sed summa+ montium iure templi deæ ab Augusto sunt concessa.*

+al. III. uiri.

+al. motiũ in iur. templi d.

Verule oppidum muro ductum. ager eius limitibus Gracchanis in nominibus est assignatus. ab Imp. Nerua Colonis est redditus. huic addẽdas mẽsuras limitum, & terminorum, et formas ciuitatum, et mensuras compertas in Commentarijs, contulit, & legem Agrariam diuersarum prouinciarum extendit, ac declarauit.

* * *

IN PROVINCIA Lucania præfectur iter populo non debebatur. Vlciane, Pæstana, Potentina, Athenas, & Consiline, Tegenensis quadratæ centuriæ. in iugera N.CC. Grumẽtine limitibus Gracchanis quadratis in iugera N.CC. decimanus in Oriente κ ardo, in meridiano Veliẽsi actus N.X G.P. xxv.

Prouincia+ Britinorum centuria quadrata in iugera CC. & cetera in lacinijs sunt præcisa post demortuos

+ forte, Bruttiorum.

COLONIA Capis. pro æstimo ubertatis, & natura locorum sunt agri assignati. nã temini uarijs locis sunt depositi, id est in planicia, ubi miles habuit proportionem. qui termini distant a se in p. lx. lxxx. cxx. cxl. cl. clx. clxxx. ccxx. ccxl. ccc. et, si longius natura loci tendatur, sunt in p. dc. d cccxl. dccccl x. ∞ lxxx. cccc-xl. ∞ d. ceteris autem locis uias cauas itinera coronium & ante Coloniam coroninas nominata, quæ si ita sunt, exsequi oportet, ne id sequaris, quod aliqua pars posteriori tempore, pacti, decisionisue caussa, inter se sunt censiti. *

COLONIA Iunonia, quæ appellatur† Faliscos, quæ a iij. uiris assignata, et modus iugerationis est datus, in qua limites intercisiui sunt directi. lege Agraria sunt mensuræ collectæ. termini sunt autem non omnibus censiti, sed numero pedaturæ sunt limites constituti in locis quibusdam. riui finales, & cauæ, quæ ex pactione sunt designatæ, hanc tamen quæ recturam limitum recipiunt. nam termini sunt silicei pro parte, & distant a se p. ccxl. ccc. ccclx. & ccccl x. & cccclxxx. & dc. ceterum † normales longitudo per riuorum cursus seruatur. † fortasse. Falisca, a III. uiris. * † forte, normalis.

COLONIA Nepis eadem lege† feratur, qua et ager Faliscorum. † al. seruatur.

COLONIA Sutrium ab oppidanis est deducta. ante limites contra orientale rectura dirigebantur: postea ex omni latere sunt extenuati. et, licet omnes agri ad modum iugerationis sint assignati: tamen, pro parte naturam loci secuti artifices, agros censuerunt,

id est

idest fecerunt gannatos, & scamnatos riparum & coronarum natura, & iuga collium sunt emensi. terminos autem pro parte lapideos posuerũt, alios uero ligneos, qui + sacricales pali appellantur. qui distant a se p. cccc. p. d. p. dc. p. dcc. p. dccc. p. dcccc. p. ∞ p. ∞ cc. ceterum pro natura loci designatum est in ripis.

+ forte, sacrificales.

C A M P I Tiberiani in iugeribus + uicinis quinis xxy sunt assignati a Tiberio Cæsare, & termini Tiberiani nuncupantur. qui distant a se p. dc. p. ∞ cc. p. dccc. p. ccc. alibi p. dc. p. dc. alibi p. d. p. dccxx. qui recipiunt mensuram sexenis p. ccl, ij. p. ij. duasela. p. 5 25 1111. ceterum limitibus normalibus rectura concurrunt.

+ forte, uicenis quinis sunt.

*

C O L O N I A Tarquinius lege Sempronia est assignata, cuius + agrimensuram in tetragono uarijs locis est collecta, & termini + scilicet sunt appositi, quorum mensura est deunx xi. per longum 522. et distant a se in pedibus dcclx. alij longum Trien. 111-111 distant a se p. dccclxx. dccclx. hoc in montibus, uel locis mõtanis, in quibus alij iuxta loci naturã spissiores sunt siti, id est ne mẽsuræ + siue numero podismati sunt inter p. cxx. inter p. clx. in p. clxxx. in. p. cc, et ccxl. nam circa regionem maritimam limites rectos censuerunt, & lapidibus his compactis cursum demonstrauerũt, alijs uerò + locis est conuallium ordinari disposuerunt.

+ agrimensura, legendum.
+ forte, silicei.
+ forte, sine.
+ forte, locis iuxta cõuallium ordinem.

C O L O N I A + Grauiscos ab Augusto deduci iussa est. nam ager eius in absoluto tenebatur. Postea Imp. Tiberius Cæsar iugerationis modũ seruandi caussa lapidibus emensis R. P. loca assignauit. nam inter pri-

+ forte, Grauisca.

priuatos egregios terminos posuit. qui ita a se distant, ut breui interuallo facile † inueniantur, reperiantur. nam sunt et per recturas fossæ † inter rectæ, quæ communi ratione singulorum.

† glossema puto uerbum, inueniantur.
† forte, interuectæq.

*COLONIA Veius, priusquam oppugnaretur. ager eius militibus est assignatus ex lege Iulia. postea, deficientibus his, ad urbanam ciuitatem associandos censuerat D. Augustus. nam uarijs temporibus & a Diuis Imperatoribus agri sunt assignati. cuius ratio sic ostenditur: Circa oppidum Veius sunt naturæ locorum, quæ uice limitum seruant, sed non per multa milia pedum concurrunt, in quibus etiá termini siti sunt pro parte silicei, & alij Tiburtini. silicei uero distant a se in p. ccxx. cclx. ccccxx. cccclxxx. dlx. dc. Tiburtini uero in p. ccl. cclxxx. cccxl. cccc. ccccxx. dc. quòd si spissiores, dlxxx. dcxl. dclx. non sunt riparum cursus: seruantur harum tamen quæ per multa millia pe- * dum recturas separationesue agrorum ab initio suo usque ad occasum custodiunt, & ne eas ripas sequendas perarent, quæ intra corpus agri nascuntur, & * in suo latere decidunt, lex limitum eas prædamnauit, ne id aliquando sequamini, quod maior potestas limitú, recturarúue non confirmant. sed si conuentionis caussa eò partes inter se constituendas censuerunt, non recturæ imputandum, sed cócurrenti definitione fides adhibenda. quòd enim uiarum, riparum, cauarum, multorum agrorum separandorum permeantium cursus seruandus.*

PARS uero camporum, & siluæ regionis Campaniæ

† forte, a D. Augusto.

*paniæ, uel totius Aureliæ, † ante D. Augusto Veteranis pro parte data fuit. in qua regione limites maritimi appellantur, ubi non sunt termini lapidei, sed lignei sacrificales exordio sunt constituti. nam postea iussu Imp. * Hadriani uice numero limitum termini positi sunt lapidei, qui ab uno incipiunt numerum † contineri: ut puta terminus i. in termini ij. terminus iij. quartus iiij. terminus quinctus y. usque ad numerum suum facit, uel conclusionem angulorum agri assignati: quorum mensura licet † aduersa sit, tamen distant a se in p. c. in cxl. in p. cc. in p. ccxl. in p. ccc. in p. cccxl. in p. cccc. in p. cccclxxx. in p. d. in p. dlx. in p. dc. sequitur extra ordinẽ ad latus. hoc sequitur ex ordine quo infra est. nã pars agri, quæ circa portũ est, Tiberi in iugeribus assignata, atque oppidanis est tradita; et pro æstimo ubertatis professionem acceperunt. media autem pars inter Romam, et portum actis quidẽ mensuris est assignata, & stipitibus oleagineis affixi † muneri ad singulos angulos sunt assignati. ad quorum locorum postea lapides † græcales ob numero podium custodiẽdo sunt appositi. quibus & iam præceptum est, ut pali annui sacrificales renouarentur: postea, uarijs locis deficientibus Veteranis, iussu Imperatoris Cæsaris Traiani agri terminis lapideis sunt assignati: qui termini recipiunt mensuram parallelogramma, & distant a se in p. dc. dccccxl. dcccclx. ∞ xx. ∞ cc. ∞ ccccxl. ∞ dlxxx. ∞ dccc. huius enim territorij forma in tabula æris ab Imp. Traiano iussa est describi, quòd limitibus normalibus maritimisq. sit assignatus. pars autẽ intra Etruriam*

† forte, cõtinere.

† forte, diuersa.

† forte, numeri.

† forte, gregales.

pro-

proximæ coloniæ Veios omnes limitibus intercisiuis est * *assignata, ut supra ostẽdi. in quo territorio omnis ager iugerationis modum habet collectum, sicut in ære est nominatum.*

AGER Lunensis ea lege, qua & ager Florentinus. limites in horam sextam conuersi sunt, & ad occidentem plurimum dirigunt cursum. termini aliqui ad distinctionem numeri positi sunt: alij ad recturas linearum monstrandas.

AGER † Tiferinus in centurijs fuit assignatus. postea, iussu Imp. Tiberij Cæsaris, quis prout occupauit miles, deficientibus his, alijs paucioribus est assignatus, termini pleurici qui rationem obseruationis tantummodo ostendunt quam recturam militum. † forte, Tifernas. * * *

AGER † Speltinus lege alia est assignatus in modum iugerationis. termini lapidei distant a se p. ∞ cc522. distant a se p. ∞ dcccc xxl, 1. 5152. p. 11513. p. 11. distant a se p. 11 ccc. ea lege, et mensura seruari a nostris uisum est. † forte, Spoletinus.

AGER Amerinus lege Imp. Augusti est assignatus Veteranis. est quidem adiudicatus, et pro æstimo libertatis legem sunt secuti, ubi termini ambiguum nunquam receperant circa ipsum oppidum, sed extra tertium miliarium lex Cæsariana operata est, in absoluto termini siti sunt, idest 55. p. 3. p. dccc. p. d22. ∞ cc. alij 525. p. 522. p. ∞ cccc xl.

† PARS Piceni ex libro Balbi. † hãc totã lineã glossema putarem.

PROVINCIAE Piceni ager Spoletinus in iuge-

iugeribus, & limitibus est intercisiuis assignatus: ubi cultura est. ceterum in soluto est relictum in montibus uel subsiciuis, quæ Reipub. alij cessa censita sunt. nam etiam multa loca hereditaria accepit eius populus.

AGER, qui a fondo 3. uel 4. 5. censitus est, in iugeribus iure ordinario possidetur, sicut est Interamna
* *Flaminiæ, & inter Paletino Piceni.*

AGER urbis Sauiensis limitibus maritimis, & montanis lege iij. uirali; & loca hereditaria populus accepit.

AGER Troentinus idem est assignatus.

AGER Firm. Piceno limitibus iij. uiralibus in centurijs per iugera ducenda assignatus.

AGER Senogaliensis, & Putentinus, Recinensis, & Pausulensis idem sunt assignati.

AGER Cuprensis, Truentinus, Castranus, Aternensis, lege Augusti sunt assignati.

AGER Anconitanus limitibus Gracchanis in centurijs est assignatus.

AGER Asculanus locis uarijs limitibus inter-
†forte, est. *cisiuis † & assignatus; & terminis Claudianis in modum arcellæ est demetitus, et alijs ligneis sacrificalibus. Quorum limitum distantia est p. ∞ cc. & infra. & ceterum in absoluto remansit, et III. uirorum tenor finitimus obseruabatur. ager militibus est assignatus.*

†forte, decimanos, & cardines. *AGER Hadrianus, idē et ager Falerionensis limitibus maritimis, et Gallicis, quos dicimus † decimanus, & cardinis. nam eorum delimatio est per rationem,*

arcarum